


## Colymbetes sive de arte natandi

Dialogus et festivus et iucundus lectu per Nicolaum Wynman (1538)

Das erste Schwimmbuch der Welt.



*Apud hoc templum Turregi (Turici) exstructum iuvenes Tigurini (Turicenses) in flumen Lymacum (Lindemacum) saltare solebant.*

Ihre Aufgaben:

- I. Übersetzen Sie den Text in gutes Deutsch.
- II. Beantworten Sie die Fragen auf S. 4.

Viel Erfolg!

**TEXT****Einleitung:**

*Im Dialog Colymbetes (griechisch: Taucher, Schwimmer) werden dem Leser Sinn und Zweck sowie Techniken des Schwimmens vermittelt. Der gelehrte Papyrus berichtet dem unwissend-fragenden Eroses alles Wissenswerte über das Schwimmen. Nachdem er erzählt hat, dass er als junger Mann in Zürich mit Gleichaltrigen beiderlei Geschlechtes viel und gerne geschwommen war, kommt er auf ein spezielles certamen natandi zu sprechen.*

- 1 PAMPIRUS: Illud non parum admirationis, Eroses, tibi adferret etiam, si videres, quomodo in eadem civitate, quemadmodum et Basileae fere atque Constantiae, de excelsis sese praecipitent pontibus. Est Turregi venustum templum, quod cum in modum rostratae<sup>1</sup> sit in Lymaco exstructum navis, ab aqua nomen habet. EROTES: Quid
- 5 deinde? PAMPIRUS: Circuitus<sup>2</sup> est perelegans circumcirca, nisi qua in arctoam plagam<sup>3</sup> pons operosus iungitur ecclesiae. EROTES: Perge. PAMPIRUS: Eo loci admirabile videres aestate certamen iuvenum. Per eum ambitum incitato cursu alios alii consequuntur in eam templi exteriorum partem, qua prorae instar<sup>4</sup> fluminis impetus exceptus hinc atque hinc scinditur. EROTES: Quid tum ibi? PAMPIRUS: Ex eo loco praecipites desiliunt in
- 10 fluminis profundum, idque ordine. Senatus consultum est, ut qui iam devolaturus proximum aliquem sequentem nomine non compellarit vel etiam non secum ex imo fundo argumentum ac velut testimonium quoddam, lapillum seu aliud quiddam, rettulerit, poenam luat eam, ut indutus interula<sup>5</sup> deinde ab aliis praecipitetur. EROTES: Grave decretum. PAMPIRUS: Tibi sane, mi Eroses, intolerabile adhuc foret. Ibi cerneret
- 15 primum alatos pueros, mox trutas<sup>6</sup>, postremo fundulos<sup>7</sup>: nam vitreo colore fluvius est. EROTES: Non mirum, si hoc modo praecipitati caput graviter in fundo illiderent. PAMPIRUS: Praetentis<sup>8</sup> delabuntur manibus. EROTES: Cur non pedibus praemissis? PAMPIRUS: Visne scire? EROTES: Ac maxime. PAMPIRUS: Minus sic est discrimen: nam periculum non mediocre imminet ne, si seiunctis desilias pedibus, ipse aquae impetus te
- 20 medium dissecet, id quod non semel accidit alibi. EROTES: Inaudita sane mihi narras.

---

<sup>1</sup> rostratus a um mit einem Schiffsschnabel versehen

<sup>2</sup> circuitus us m Umgang

<sup>3</sup> arctoa plaga Nordseite

<sup>4</sup> prorae instar wie ein Schiffsbug

<sup>5</sup> interula ae f Untergewand (für Frauen)

<sup>6</sup> truta ae f Forelle

<sup>7</sup> fundulus i m Gründling (kleiner Vertreter der Karpfenfamilie)

<sup>8</sup> praetentus a um prae + tenere

Rem adeo mollem quidquam laedere posse corpus? PAMPIRUS: Laedere? Immo ut scias tu: res est adeo violenta aqua impetu quidem excepta<sup>9</sup>, ut si laminam<sup>10</sup> gladii probissimam incutias<sup>11</sup>, citius diffringat, quam lapis quantumvis durus. EROTES: Miram elementi naturam narras.

- 25 PAMPIRUS: Ubi unum quiddam adiecero, mox a Tigurinis digrediar<sup>12</sup>, quod quidem ipsum fortassis iam ante factum oportebat. EROTES: Immo iucunda mihi fuere, quae dixisti omnia, ne dubita. PAMPIRUS: Vidimus in eo lacu infelicius acceptum scholasticum<sup>13</sup> aliquando. EROTES: Dic quomodo. PAMPIRUS: Cum solus nataret, accidit ut demissis altius pedibus palustribus implicaretur herbis, cumque diu nequicquam  
30 luctaretur, fessus tandem concidit; id piscatores animadvertentes, vix tandem inventum conto extraxerunt. Cum igitur in ripam esset elatus, iussu superstitiosae<sup>14</sup> cuiusdam anus, frustra in balneum calidum ex frigido portatus est. EROTES: Miseram lotionem<sup>15</sup>.

ca. 356 Wörter

---

<sup>9</sup> excipere io epi eptum      *hier: brechen, aufhalten*  
<sup>10</sup> lamina ae f                *Klinge*  
<sup>11</sup> incutere io                *hineinstossen*  
<sup>12</sup> digrediar                 *gemeint ist im Gespräch*  
<sup>13</sup> scholasticus i m         *Student*  
<sup>14</sup> superstitiosus a um     *abergläubisch*  
<sup>15</sup> lotio lotionis f         *Bad*

## Fragen zum Text

1. a) Wie heisst die in Zeile 3f erwähnte Kirche?
- b) Bei dieser Kirche wurden die Stadtheiligen von Zürich geköpft. Welche Namen trugen sie?
- c) Was trugen sie nach ihrer Hinrichtung wohin?
2. Erklären Sie, wann den springenden Jugendlichen eine Strafe drohte und wie diese aussah!
3. Zu Zeile 15
  - a) Was, glauben Sie, ist mit *alatos pueros* gemeint?
  - b) Wie heisst die *truta* im Französischen und Englischen?
  - c) Nennen Sie das lateinische Grundwort zu *fundulus*.
4. In der WAZ (Westdeutsche Allgemeine Zeitung) vom 15.10.2014 steht zum Springen in Gewässer:

### **Die sicherste Technik - immer mit den Füßen voran**

Diskutieren Sie die Ansicht von Pampirus und die der WAZ.